

Offertorium (Ps. 117,16-17)

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

Secreta

Hæc hóstia, Dómine, quaésumus, emúndet nostra delícta: et ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi córpora, mentésque sanctíficet. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula sæculórum.

Communio (Lc. 4,22)

Mirabántur omnes de his, quae procedébant de ore Dei.

Postcommunio

Quos tantis, Dómine, largíris uti mystériis: quaésumus; ut efféctibus nos eórum veráriter aptáre dignéris. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula sæculórum.

Offertorio

La destra del Signore ha fatto prodigi, la destra del Signore mi ha esaltato: non morirò, ma vivrò e narrerò le opere del Signore.

Orazione sulle offerte

Quest'ostia, o Signore, Te ne preghiamo, ci mondi dai nostri delitti e, santificando i corpi e le anime dei tuoi servi, li disponga alla celebrazione del sacrificio. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Ant. alla Comunione

Si meravigliavano tutti delle parole che uscivano dalla bocca di Dio.

Orazione

O Signore, che ci concedi di partecipare a tanto mistero, degnati, Te ne preghiamo, di renderci atti a riceverne realmente gli effetti. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Dominica III post Epiphaniam

Introitus (Ps. 96,7-8)

Adoráte Deum, omnes Ángeli eius: audívit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt filiaë Iudæ. Ps. 96,1. Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. V. Glória Patri...

Oratio

Omnípotens sempíterne Deus, infirmitátem nostram propítius réspice: atque ad protegéndum nos, déxteram tuæ maiestátis exténde. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula sæculórum.

Lectio Epístolæ B. Pauli Ap. ad Romános, 12, 16-21

Fratres: Nolíte esse prudéntes apud vosmetípsos: nulli malum pro malo reddéntes: providéntes bona non tantum coram Deo, sed étiam coram

Introito

Adorate Dio, voi tutti Angeli suoi: Sion ha udito e se ne è rallegrata: ed hanno esultato le figlie di Giuda. Sal. Il Signore regna, esulti la terra: si rallegrino le molte genti. V. Gloria al Padre...

Orazione

Onnipotente e sempiterno Iddio, volgi pietoso lo sguardo alla nostra debolezza, e a nostra protezione stendi il braccio della tua potenza. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Dalla Lettera di San Paolo Apostolo ai Romani

Fratelli: Non fatevi un'idea troppo alta di voi stessi. Non rendete a nessuno male per male. Cercate di compiere il bene davanti a tutti gli uomini.

ómnibus homínibus. Si fíeri potest, quod ex vobis est, cum ómnibus homínibus pacem habéntes: non vosmetípsos defendéntes, caríssimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindícta: ego retribuam, dicit Dóminus. Sed si esuríerit inimícus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim fáciens, carbónes ignis cóngeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

Graduale (Ps. 101,16-17)

Timébunt gentes nómen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam. *∨*. Quóniam aedificávit Dóminus Sion: et vidébitur in maiestáte sua.

Allelúia, allelúia. Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. *Allelúia.*

Sequéntia S. Evangéllii secundum Matthaéum, 8, 1-13

In illo témpore: Cum descendísset Iesus de monte, secútæ sunt eum turbæ multæ: et ecce leprósus véniens adorábat eum, dicens: Dómine, si vis potes me mundáre. Et exténdens Iesus manum, tétigit

Se possibile, per quanto questo dipende da voi, vivete in pace con tutti. Non fatevi giustizia da voi stessi, carissimi, ma lasciate fare all'ira divina. Sta scritto infatti: A me la vendetta, sono io che ricambierò, dice il Signore. Al contrario, se il tuo nemico ha fame, dagli da mangiare; se ha sete, dagli da bere: facendo questo, infatti, ammasserai carboni ardenti sopra il suo capo. Non lasciarti vincere dal male, ma vinci con il bene il male.

Graduale

Le genti temeranno il tuo nome, o Signore: tutti i re della terra la tua gloria. *∨*. Poiché il Signore ha edificato Sion: e si è mostrato nella sua potenza.

Alleluia, alleluia. Il Signore regna, esulti la terra: si rallegrino le molte genti. *Alleluia.*

Dal Vangelo secondo Matteo

In quel tempo: Quando Gesù fu sceso dal monte, molta folla lo seguiva. Ed ecco venire un lebbroso e prostrarsi a lui dicendo: «Signore, se vuoi, tu puoi sanarmi». E Gesù stese la mano e lo toccò dicendo: «Lo voglio, sii sanato». E subi-

eum, dicens: Volo. Mundáre. Et conféstim mundáta est lepra eius. Et ait illi Iesus: Vide, némini díxeris: sed vade, osténde te sacerdoti, et offer munus, quod præcépit Móyses, in testimónium illis. Cum áutem introísset Capharnaum, accéssit ad eum centuriónio, rogans eum, et dicens: Dómine, puer meus iacet in domo paralyticus, et male torquétur. Et ait illi Iesus: Ego véniam, et curábo eum. Et respóndens centuriónio, ait: Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me mílites et dico huic: Vade, et vadit; et álii: Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. Áudiens autem Iesus, mirátus est, et sequéntibus se dixit: Amen dico vobis, non invéni tantam fidem in Israél. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte et Occidénte vénient, et recúmbent cum Abraham, et Isaac, et Iacob in regno cælórum: filii autem regni eiciéntur in ténebras exterióres: ibi erit fletus, et stridor dentium. Et dixit Iesus centuriónio: Vade, et sicut credidísti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora.

to la sua lebbra scomparve. Poi Gesù gli disse: «Guardati dal dirlo a qualcuno, ma v'è a mostrarti al sacerdote e presenta l'offerta prescritta da Mosè, e ciò serva come testimonianza per loro». Entrato in Cafarnaon, gli venne incontro un centurione che lo scongiurava: «Signore, il mio servo giace in casa paralizzato e soffre terribilmente». Gesù gli rispose: «Io verrò e lo curerò». Ma il centurione riprese: «Signore, io non son degno che tu entri sotto il mio tetto, di soltanto una parola e il mio servo sarà guarito. Perché anch'io, che sono un subalterno, ho soldati sotto di me e dico a uno: Fa' questo, ed egli lo fa». All'udire ciò, Gesù ne fu ammirato e disse a quelli che lo seguivano: «In verità vi dico, presso nessuno in Israele ho trovato una fede così grande. Ora vi dico che molti verranno dall'oriente e dall'occidente e siederanno a mensa con Abramo, Isacco e Giacobbe nel regno dei cieli, mentre i figli del regno saranno cacciati fuori nelle tenebre, ove sarà pianto e stridore di denti». E Gesù disse al centurione: «Va', e sia fatto secondo la tua fede». In quell'istante il servo guarì.